Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

congregando lauet. Quibus lotis hymnu dicti dicant Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui Omnes pauperum et peregrinorum maxime suscipiendorum cura sollicite exhibeatur quia in ipsis magis xpus suscipitur Nam diuitum timor ipse sibi exigit honorem Coquina abbatis cum hospitum per se sit ut in certis horis sumpturientes hospites qui numquam desunt monasterio non inquietent fres In qua coquinam ad annum ingrediantur duo fres qui ipsum officium bene impleant Quibus ut indigent solacia administrentur eis ut absque murmuratione seruiant Et iterum quando ompa conuentum minorem habent exeant ubi eis impatur i opa Et non solum in ipsis sed et in omnibus officijs monasterij ita sit considerato ut quando indigent solacio administretur eis et iterum quando dicunt obediant impanti Item et cellam hospitum habeat assignatam frater cuius animam timor dei possideat ubi sint lecti strati sufficienter et domus dei a sapientibus sapienter administretur Hospitibus autem qui non precipitur nullatenus coniungitur nec colloquatur Sed si obuiauerit uel uiderit salutans humiliter ut dictum est et petita benedictione pertranseat dicens non licere sibi colloquii hospite Vt non debeat monachus literas uel eulogias ampere Capitulum LXV

Capitulum 54.

Nullatenus liceat monacho nec a parentibus suis nec a quoquam hominum nec sibi inuicem literas uel eulogias uel quelibet munuscula ampere aut dare sine precepto abbatis sui Quod si etiam a parentibus suis aliquid dictum fuerit non presumat illud suscipere nisi prius indicatum fuerit abbati Quod si iusserit suscipi in abbatis sit potestate cui iubeat illud dare Et non contristetur fr